UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

105 Et quare. Immunitas est realis in bonis ecclesiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Visual Library

ſibus bona emphiteutica unà cum emponematibus, omnibuſque aliis melioramentis ad eccleſiam devoluantur, *ut l. 2. C. d. jur. emphiteu.* Alexand, *conſ. 44. num. 7. & 18. lib. 3.* Specul. *de loc. & emphit. lib. 4. par. 3. n: 34. 112. & 157.* & Corbul. *de cauſ: privat. ob rei deter. num: 13. de cauſ. privat. ob non ſolut. canon. ampliat. 36.*

102 Quarto caſu, † quo, ſervatis ſervandis, fuerint prædia eccleſiaſtica in emphiteuſim conceſſa, tunc, aut ab emphiteuta in eiſdem terminis, & ſtatu, in quo fuerunt emphiteuticata, poſſidentur, & hoc caſu, nullo etiam exquiſito colore poſſunt laici ab emphiteuta prædiorum eccleſiaſticorum collectarum exactionem prætendere, quia immunitas dictorum
103 prædiorum † cum ſit realis, Levit. *cap. 7. cap. nullum liceat, 12. quæſt. 2. cap. generaliter, §. novarum, 16. quæſt. 1.* Rot. *diverſ. deciſ. 23. num: 6. par: 1. cum aliis ſupra allegatis.* tranſit ad quemcunque cum
104 eiſdem bonis eccleſiaſticis, & † ea gaudent laici, eadem bona in emphiteuſim poſſidentes, gloſſ, *in dict. cap. generaliter §. novarum in verſ. mancipia, 16. quæſt. 1.* Abb. *conſ 9. num. 2. verſ. ſi enim eximitur, par. 1.* Pariſ. *conſ. 69, num. 6 lib. 1. & alii ſupra eodem. cap. 33. citati,* quibus addo in terminis emphiteuſis eccleſiaſticæ, Bart. *in l. privatæ, num. 2. C. de excuſ. mun. lib. 10* quem ſequitur Iaſ. *in l. 1. num. 31. C. de jur. emphit.* gloſſ. *unic. in l. honorem, ff. de mun. & honor.* quam pro hac opinione ſequendo, Bart. citat Purpa. *in l. placet. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* hanc etiam opinionem pluribus probat Petr. de Ubal *in tract. collect. in fin.* & poſt Bart. Bald. & Alexand, quos citat eandem opinionem ſequitur Bertach. *in repert. ſub. ver.*

100 Collectam emphiteuta † diſtinguens, quòd ſecus eſt in emphiteuta privati, quam diſtinctionem tenet etiam & probat Boſſ. *titul de princip. & privil. eid. 123. junct. num. 128.*

106 Rationem † quare pro bonis emphiteuticis, quæ laicus habet ab Eccleſia non teneatur ſolvere aliquam collectam, adducit Iaſ. nempè ex eo, quod dicta bona ſint perpetuò penſioni obligata, & pro eis quolibet anno canon ſolvatur; ideò nullam communi pro his deberi collectam; ne pro emphiteuſi Eccleſiaſtica duplicia onera ſuſtineantur, *ut ead. l. 1. dicto num. 31.* poſt Felin. Rom. Socin. Feder. de Sen, Alexand. Dec. & alios quos citat Cardin. Tuſch, *in pract. concluſ ſub rubr: oner. duplic. concluſ. 136. n. 3. tom. 5.*

107 Quod etiam † altera ratione firmatur, quia licet ſtatutum laicorum non poteſt diſponere ſuper rebus Eccleſiaſticis, etiamſi talia ſint bona, quorum utile dominium ſpectet ad laicos, *cap. quæ in Eccleſiarum,* ubi Abb. *num: 2. de conſtit. cum aliis ſupra numer: 90. & ſeq. allegatis, & mox citandis*

108 Statuta enim † laicorum etiam, quòd non diſponant de eccleſiis, vel clericis, nec in materia tangente privilegia, vel jura clericorum, aut eccleſiarum, ſed ſimpliciter aliquid honeſtum diſponant in præjudicialibus non ligant, nec comprehendunt clericos, nec eccleſias, ſeu bona eccleſiaſtica, quidquid modernis temporibus in contrarium tenuerit Capiblanc. de Baron. *pragm. 1. ſub. num: 198. & ſeq.*